

num. 5. tenet, quod adhuc attenda Bulla Regnorum Castellae dari posset sepultura Ecclesiastica in interdicto speciali: nam illa clausula, In Ecclesiis, in quibus alias, &c. non est posita immediate cum sepultura, sed tantum cum celebratione divinorum Officiorum, & ideo ad divina Officia est referenda, & non ad sepulturam. Ita censent graves Recentiores, ut testatur ipse Trullench.

27. Dico tamen, quod per nostram Bullam Cruciatam Regni Portugalliae licitum esset celebrare, & dare Ecclesiasticam sepulturam in interdicto speciali, & ita senserunt gravissimi Theologi, me etiam assistente, consulti ab Illustrissimo Domino Commissario Generali Cruciatæ, & est etiam de mente Doctorum, quos supra citavi: nam illi maxime innituntur in illa clausula bullæ, In Ecclesiis in quibus alias divina Officia; quæ clausula respicit interdictum generale: ergo exclusâ hac clausula, ac eorum fundamento, bene infertur esse de eorum mente celebrare, ac dare Ecclesiasticam sepulturam, stante interdicto speciali. Unde Trullench. bitatus in Bulla regnorum Castellae in interdicto speciali admittit sepulturam Ecclesiasticam, ex eo quod illa clausula non sit immediate affixa sepulturæ, sed divinis Officiis.

Trullench.

28. Acoſta.

Probatur ergo conclusio, Bulla Regni Portugalliae tam Latina, quam refert Acoſta ad initium sui Tractatus, quàm quæ lingua vulgari circumfertur, in interdicto tam ad celebrandum, quàm ad sepulturam Ecclesiasticam nulla in ea est clausula restrictiva, sed quadam dispositio generalis, & absoluta, ergo absolute, & simpliciter est intelligenda ex vulgari principio: ubi lex non distinguit, &c. Et ita Acoſta explicans nostram Lusitanicæ Bullam, apponens varias interdicti divisiones quæst. 27. absolute loquitur de privilegio Bullæ absque ulla distinctione inter interdictum generale, ac speciale.

29. Nec potest dici, quod nomine interdicti solum intelligendum venit interdictum generale: nam hoc est aperte falsum cap. Quoniam, de sententia excommunicationis, cap. Alma mater eodem titulo, cap. Quod in se, de penitentibus, & remissionibus, cap. Responso, de sententia excommunicationis, & notat ibi Panormitan. num. 3. Paludan. in 4. dist. 18. quæst. 8. art. 4. in principio. Sylvester verb. Interdict. 6. num. 9. quæst. 7. Anglicana verb. Interdict. 6. num. 28. Covar. cap. Alma mater, part. 2. §. 2. num. 7. Navar. in manuali, cap. 27. num. 178. Sayro lib. 5. cap. 7. n. 5.

Paludan. Sylvester.

Anglic. Covar. Navar. Sayro.

30. Confirmatur nostra resolutio. Nam privilegium Cruciatæ valde late explicandum, ac intelligendum, ut docent Henriquez lib. 7. cap. 30. Suarez tom. 2. de Religione, tractatu de voto, lib. 6. cap. 16. num. 3. Nugnus quæst. 27. art. 4. diff. 3. Salas de legibus, diff. 20. sect. 3. num. 19. Bonacina de privileg. punct. 7. §. 1. num. 17. Sanchez in opere Moralibus, cap. 54. num. 7. Qui hanc opinionem probabilem iudicat contra id, quod dixerat lib. 8. de matrim. diff. 2. n. 7. Nam omnes ferè rationes, ob quas amplianda sit privilegii in elligentia, militant in præfenti Cruciatæ, quæ est privilegium Summi Principis ad Regum instantiam con-

Henriq. Sanchez. Nugnus. Salas.

Bonacina. Sanchez.

cessum, datum pro tota communitate Regni, & pro causa universali, ac bono communi, in magnam Ecclesiæ utilitatem.



RESOLUTIO XXI.

Canonizatio Sanctorum.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid sit Canonizatio Sanctorum, quantæque illius certitudo, & ad quem spectat?

SUMMARIUM

- 1 Quid sit canonizatio, ejusque forma.
2 Aliqui dicunt non esse de fide Pontificem non posse errare in canonizatione Sanctorum.
3 Probabilior, & verior sententia est Pontificem non posse errare.
4 Probatur ratione, ac verbis multorum Pontificum.
5 Confirmatur efficaci ratione, ac convenienti.

CANONIZATIO Sanctorum, est certum, ultimūque Ecclesiæ iudicium, & sententia diffinitiva sanctitatis, & gloriæ alicujus Sancti à Summo Pontifice lata, & universali Ecclesiæ intimata, ac proposita, qua canonizatus cultu publico exponitur venerandus; in eaque procedit Pontifex post multas Congregationes, probationes, ac alta, & profunda examina per formam diffinitivam dicens: Divina ope sæpius implorata, ac de venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in urbe existentium consilio. Beatam Mariam Magdalenam de Pazzi Virginem Sanctam esse decernimus, deservimus, ac determinamus, & Sanctarum Catalogo ascribimus statuentes ab universali Ecclesia quolibet anno die 25. Maij pia devotione recolere debere. Ex quo patet quanta sit differentia inter beatificationem, & canonizationem, ut supra dixi. Refo. 16. q. 2.

I.

Forma canonizationis

Qua verò certitudine tenendum sit Pontificem non posse errare in canonizatione Sanctorum, dubitatur. Sunt Doctores, ut Joannes à D. Thoma 2. 2. diff. 9. artic. 2. fol. 767. Granadus 2. 2. controvers. 1. tract. 7. disput. 3. sect. 3. num. 24. qui asserunt non esse de fide, sed tantum impium, & scandalosum, atque quodammodo sapere hæresim negare esse beatam animam Sancti canonizati. Ita etiam docent Malderus dub. 9. Proposit. 4. Suarez de fide, sect. ultima, num. 8. Fundamentum est, quia Papa in canonizatione Sanctorum fundatur in humano testimonio, humanisque probationibus.

2.

Tamen mihi magis placet opposita sententia aliorum asserentium esse de fide Pontificem non posse errare in canonizatione Sanctorum.

3.

Ita

QUÆSTIO II.

Ad quem in præfenti spectat canonizatio Sanctorum?

SUMMARIUM.

- 6 Episcopi canonizabant olim canonizatione particulari.
7 Canonizare, sicut & beatificare hodie spectat ad Sedem Apostolicam.
8 Nullo modo hodie pertinet ad Episcopos.
9 Imò nec ad legatum à latere. Papa non potest delegare potestatem definiendi. Ibid.
10 Concilium Generale, non per se solum, sed auctoritate Papa potest definire res fidei, & canonizare.

- 4. Probatur, quia in Canonizatione proponitur canonizatus universali Ecclesiæ, ut colatur, ac veneretur ut Sanctus regnans cum Christo. Atqui in his, quæ pertinent ad universalem gubernationem totius Ecclesiæ non potest Pontifex errare. Probatur minor, quia in magnum damnum cederet totius Ecclesiæ, quod aliquis non iustus coleretur ut Sanctus. In his autem, quæ spectant ad universalem concursum totius Ecclesiæ adest Spiritus sanctus, juxta illud Pauli 2. Corinth. 3. num. 16. Spiritus Dei habitat in vobis. Et quamvis Summus Pontifex in hoc negotio requirat humana testimonia, hoc est tanquam manu ductio, tamen principaliter nititur lumine, ac inspiratione divini Spiritus ejus mentem dirigentis. Sic ait Celestinus III. in canonizatione sancti Ubal-di, loquens cum eo, qui pro canonizando sancto Ubaldo agebat, & ait: Suspendimus desiderium tuum aliquandiu, ut nobis, & fratribus nostris, quid nobis agendum esset, Spiritus sancti gratia revelaret. Et Clemens VII. in canonizatione sancti Antonii, Bullam edens nomine Prædecessoris Adriani Sexti, ait: Considerans idem Adrianus, quod in eadem canonizatione non permittendus esset Deus eum errare, &c. Honorius III. in canonizando S. Laurentio Archiepiscopo Dublinensi ait: Divinum secuti iudicium, per quod ejus glorificationi argumentis tam evidentibus innovuit.
5. Confirmatur. Quia de fide est Pontificem non posse errare in legibus universalibus spectantibus ad totam Ecclesiam, non enim potest statuere aliquid contrarium legi divine, & naturali: sed si errare posset in canonizatione Sanctorum, statueret aliquid contra legem divinam, & naturalem; ergo non potest errare in canonizatione Sanctorum. Major patet, quia Pontifex non potest errare in pascendis suis ovibus, sed oves non solum pascuntur doctrina fidei, sed etiam statutis ad mores pertinentibus. Minor probatur. Quia Pontifex canonizans Sanctum obligat omnes fideles assentiri illum esse in caelis, & cum Christo regnare, & ut amicum Dei venerari, si autem in hoc error adesset, jam obligaret fides falsitati assentiri, & cultum præbere veneratione indigno; hoc autem fieri non potest; ad hoc enim promisit Christus suæ Ecclesiæ Spiritum veritatis, dicens, Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Joan. 16. Ex quibus colligitur canonizatum esse Sanctum.

1. Cor. 3.

Celest III.

Clem. VII.

Joan. 16.

6.

7.

8.

9.

Antiquitas canonizare Dei servos, saltem canonizatione particulari, pro una Provincia, vel Regno ad Episcopos pertinebat, ut ex nostro Vvaldensi tom. 3. de Sacram. Vvalden. memo. tit. 14. cap. 122. eliciunt Bellarm. Bellarm. nus tom. 2. lib. 1. de Beatitudine, ac canonizatione Sanctorum, cap. 8. Layman. lib. 4. tract. 7. Layman. cap. 5. num. 1. Baldellus tom. 2. lib. 3. cap. 12. Baldellus. num. 2. & alii, qui & maxime id colligunt ex eo quod D. Cyprianus Episcopus Carthage. D. Cyprian. lib. 3. cap. 6. præcipit ut sibi scriberetur, si quis Martyr denuò occumbat, ut ejus memoria celebraretur.

At verò hodie canonizare Dei servos, sicut & beatificare ad Sedem Apostolicam spectat, ut decisum habetur ex Alexandro III. cap. Alex. III. Audivimus, & ex Innocentio III. cap. Innoc. III. eo de reliquiis, & venerat. Sanct. ut ibi late explicant Innocentius, Hostiensis, Joannes Andreas, & multi alii Canonistæ, ac Summistæ, verbo Canonizatio. Et alii Doctores communiter; & id aperte supponit Urbanus VIII. in Bulla, seu Brevi Cælesti Hierusalem, ann. 1634.

Ex quo jam patet, quod in præfenti ad Episcopos id nullo modo jam spectat, ut late probant Jacobus Castellanus de canonizat. Castellani. Sanct. q. 3. art. 1. Felix Contelorus num. 17. Contelorus. Maleviti de canonizat. Sanct. dub. 2. Maleviti. num. 1. & seq. August. Triumphus de potest. August. Eccles. q. 14. num. 2. Mascard. de probationibus, conclus. 262. num. 56. Luis. Turrian. in 2. 2. disp. 17. dub. 2. vers. Item dicendum.

Imò nec ad legatum de latere, ut probat Castellani, dicta q. 3. art. 2. n. 3. Et quod majus est, nec etiam ex commissione Pontificis, ut tenent Alphonsus à Castro de justa Hæreticorum punition. lib. 1. c. 6. col. 4. vers. Rursus. Contelorus in Additionib. ad Jacobum Castellanum, d. q. 3. art. 2. num. 4. ex eo probat, quia Papa non potest delegare potestatem definiendi res fidei alteri, ut tenent Banez 2. 2. q. 1. Banez. art. 10. dub. 4. §. Quapropter. Barbosa ad citatum cap. Audivimus. n. 7. Lezana consult. n. 5. Et ex eo probat Banez, quia definit res fidei pertinet ad gratias gratis datas, ad donum nempe scientiæ, hæ autem resident in solo Summo Pontifice.

Alphons. Con. elor.

Barbez. Barbosa. Lezana.

10. At Concilium Generale non per se solum, sed interveniente auctoritate Summi Pontificis, cum dicatur in Spiritu sancto legitime Congregatum, ut habetur apud Trident. potest definire res fidei. Soto in 4. dist. 20. qu. 1. art. 4. Aragon. 2. 2. 9. 1. art. 10. tract. de Conciliis, § Tertia conclusio, & §. Ad primum argumentum, quod ipse confirmat. §. His positis, ex Concilio Nicano, ubi est statutum, Quod Concilia Provincialia non definiant res fidei, sed tantum Generalia; ergo Concilia Generalia habent potestatem definiendi, & etiam Sanctos canonizandi, ut resolvunt Jacobus Castellanus, d. 9. 3. art. 5. a principio, ubi d. Contelior. a num. 10. Angel. Roch. D. Tract. cap. 4. § Quod ad solum.

QUÆSTIO III.

Ex quibus desumantur probationes ad canonizationem?

SUMMARIUM.

- 11 Ad canonizationem, & beatificationem requiruntur non virtutes communes, sed supereminentes.
- 12 In personis Religiosis requiritur exacta observantia regula, ac preceptorum Religionis.
- 13 Unde desumantur signa sanctitatis ad canonizationem, ac beatificationem.
- 14 Hæc signa ad canonizationem, debent esse manifesta vite sanctitatis, multa enim sunt arte demonis, & n. 15.

11. Primò, ad canonizationem, seu beatificationem requiruntur virtutes non communes, ac ordinariæ, sed illæ, quæ à Theologis nuncupantur Heroicæ, seu in gradu supereminenti; vel divinæ, & superhumanæ, per quas quantum fieri potest homo conjungitur Deo. De quibus agunt Aristoteles lib. 7. Moral. c. 1. D. Thom. ibi D. Bonav. in 3. dist. 34. q. 1. Gerson. 14. Piccolomineus in lib. de Moralib. gradu 6. cap. 12. & Fortunatus Scacchus scilicet. 2. cap. 14. multis exemplis explicans, in quibus hæc heroicæ virtutes relescent.

12. Specialiter tamen pro canonizatione, seu beatificatione alicujus personæ regularis, seu religiosæ, præter miracula, virtutes etiam in gradu heroico, requiritur quoque exactissima, ac diligentissima observantia, & custodia illorum omnium, quæ ad statum religiosum pertinent, tam votorum regulæ, quàm præceptorum, statutorum, & constitutionum sui Ordinis. Primò, quia qui ab Ecclesia canonizantur, ac beatificantur, proponuntur fidelibus, ut norma, ac exemplar virtutum, ad sequendum, ac imitandum. Molfes. tom. 2. Additionum ad quæstiones usuales, conf. 46. n. 5. & 6. ex multis Patribus, & Doctoribus. Secundò, quia excellentia heroica virtutum, pro illis requisita stare non potest sine illa rigorosa observantia suæ regulæ. Tertio, quia ita habet stylus Summorum Pontificum, in Bullis canonizationis ex Innocentio I V. pro S. Petro Martyre. Eugenio VI. pro S. Nicolao Tolentino Sixto V. pro S. Didaco, Clem. V I I I. pro S. Hiacinto, &

Aristot.
D. Thom.
D. Bonav.
Gerson.
Piccolom.
Scacchus.

Molfes.

Raymundo, ut refert citatus Fortunatus scilicet. 6. Fortunatus cap. 3. & maximè c. 4. non tamen requiruntur in illis ea opera, quæ ad eos non pertinent, ut peregrinatio respectu Monialium, largitio eleemosynarum respectu pauperum.

Præter eas virtutes requiritur vel illustre Martyrium, vel aperta, & evidenti miracula aliena ab omni concursu causarum naturalium. Deinde etiam & primò, odor suavis è corpore defuncti emanans, Rota in relatione S. Paschalis Bailon, & in relatione S. Isidori Matritensis; & in relatione S. Theresiæ. Graffius lib. 5. consil. de sentent. excommunic. consil. 17. Contelior. supra, num. 29. Secundò, Liquor odoriferus manans è corpore servi Dei. Rota in relatione S. Paschal. & in relatione S. Andree Cursini. Et constat ex eo liquore manante è corpore S. Nicolai Barenis, Contelior. supra, num. 20. Tertio, conversatio in vita cum Angelis. Rota in relatione S. Raymundi, & in relatione S. Francisce, & in relatione S. Isidori. Contelior. supra, num. 21. Quarto, splendor, seu fulgor in facie relucens dum viveret. Rota in relatione S. Ignatii, in relatione B. Bertrandi. Contelior. supra, n. 22. Quintò, & multò magis, si id contingat post mortem. Rota in relatione S. Bertrandi, Graffius, & Contelior. supra, Sextò. Harmonia cœlestis audita in loco, ubi defuncti corpus post mortem adservatur. Rota in dicta relatione B. Bertrandi Contelior. num. 25. Septimò. Extasis raptus, seu elevatio à terra, S. Thom. 2. D. Thom. 1. quæst. 175. art. 1. & 5. Rota in relatione S. Xaverii Contelior. nu. 27. Octavo. Prophetia. S. Thomas 2. 2. q. 172. art. 4. August. Triumph. de potestate Eccles. q. 15. art. 5. Rota in relatione S. Paschalis. Nonò, habere revelationes divinas, S. Thom. 2. 2. q. 172. art. 6. Tolstus in Matth. cap. 23. q. 244. Antiochus Brondus in Apoc. disp. 2. q. 1. Decimò, quod irrationalia obediunt servis Dei contra naturalem inclinationem, ut si aves, pisces, arbores, flumina, & alia hujusmodi aliquid agant, vel patiantur supra eorum naturas. Rota in relatione sancti Raymundi, Panvinus in relatione S. Bonaventuræ.

Undecimò, ebullitio sanguinis, vel fluxus illius longo tempore post mortem, vel quod corpus sit ita flexibile, ut possit in quamcumque partem verti: unguium, & capillorum continua augmentatio. Rota in relatione S. Xaverii. Contelior. supra, num. 35. 36. & 37. Et ita refertur de S. Januario, cujus sanguis ebullit sæpius Neapoli. Hæc omnia, & similia sunt signa sanctitatis, eo quod cum sint supra naturam, debent ascribi miraculo juxta Rotam in relationibus S. Francisce, S. Caroli, S. Andree Cursini, ac Magdalene de Pazzi. ex doctrina S. Thomæ; & aliorum Theologorum in cap. 1. verb. Sedis Apostolicæ, de Reliq. & venerat. Sanct. in 6.

Hæc signa non sunt semper infallibilia, nisi quando sunt admiculata, & ex circumstantiis manifestativa sanctitatis, virtutum, ac eximie probitatis, eo quod ferè similia contingere possint per illusionem, aut arte demonis per malos, cap. Teneamus, 1. quæst. 1. & cap. Prophetarum, 2. quæst. 7. §. Item Balaam.

13.

Rota.

Graffius.

D. Thom.

Rota.

Contelior.

15.

QUÆST.

QUÆSTIO IV.

An possit dari canonizatio alicujus absque miraculis, & agitur de Sanctis Martyribus?

SUMMARIUM.

- 15 Papa de potentia absoluta potest canonizare absque miraculis.
- 16 Pro Sanctis Martyribus non requiruntur miracula.
- 17 Non poena, sed causa facit Martyrem.
- 18 Modus, seu causa patiendi distingeret in investiganda.
- 19 Multi per unum virtutis actum facti sunt Sancti.

15. Dixi superiori quæst. communiter ad canonizationem, ac beatificationem requiri miracula; tamen absolute, & de potentia veluti absoluta Papæ, potest canonizari aliquis ex sola sanctitate vitæ, & finali perseverantia bene cognita; sic enim colligitur ex Leone X. in canonizatione S. Brunonis, ut refert Surius in vita ipsius. Et Sixti IV. in Bulla canonizationis sancti Bonaventuræ, Augustin. Triumph. de potestate Eccles. q. 15. art. 2. Contelior. de canoniz. Sanct. cap. 19. Baldellus tom. 2. lib. 3. disp. 13. num. 2. Molfesius tom. 2. Additiones ad quæstiones usuales, consil. 46. num. 85.

Triumph.
Contelior.
Baldellus.
Molfes.

16. Triumph.
Rocca.
Baldellus.

Flavius:
Carena.

17.

D. August.

Triumph.
Rocca.
Cherubin.
Carena.
Lezana.

18.

Mascard.

Pro Sanctis Martyribus non est necessaria miraculorum comprobatio, ut tenent Augustin. Triumph. citat. quæst. 16. artic. 3. Angelus Rocca de canoniz. Sanct. cap. 35. Baldellus supra, disput. 14. num. 4. & 14. afferens decisionem Rotæ, stylum Curie in pluribus canonizationibus, & plura alia fundamenta. Flavius Cherubinus in Compendio Bullarum, schol. 2. ad Constit. 4. Alexand. III. & schol. 1. ad Constit. 11. Innocentii IV. & Carena in tract. de Officio Sanctæ Inquisitionis, part. 2. tract. 17. §. 12. n. 42.

Requiruntur tamen probatio causæ propter quam passi sunt, nempe pro defensione, ac confessione fidei Catholicæ, ac defensione alicujus virtutis, ut in odium fidei, ac virtutis occisi sint, quia causa non poena facit Martyrem, ut ait D. Augustin. epist. 61. & 166. Legitima, & vera causa debet esse defensio, seu confessio fidei Christianæ, prout regulariter contingit, vel etiam eorum, quæ fidei annektuntur. Siquidem D. Joannes Baptista pro Martyre habetur, eo quod occisus fuerit ab Herode ob reprehensionem adulterii. Ita August. Triumph. Rocca, Cherubinus, Carena relati cum Lezana consil. 1. n. 16.

Modus autem, seu causa patiendi diligenter est investiganda prout asserunt iidem Triumphus, Rocca, & Cherubinus, & maximè Mascardus de probationibus, volum. 1. conclusio 261. numer. 10. ubi sic ait: Non est respiciendum ad supplicii genus, vel tormentorum asperitatem, nisi causa propter quam quis Sylveira Opuscula.

patitur, à Sancta Romana Ecclesia approbata, & confirmata sit. Quot enim hæc nostris infelicissimis, ac deplorandis temporibus vidimus qui blanditiis, falsisque hæreticorum doctrinis in fraudem pellecti, & seducti laqueisque diabolicis irretiti, quodvis etiam crudelissimum genus mortis perpeti non dubitarunt, quam vel lacum quidem unguem à perversa sua hæretica labe discedere. Quod etiam probat exemplis Georgii Cella, Novariensis, & cujusdam alterius Anglici, & aliorum Hæreticorum (etiam fœminarum) qui pertinaciter vitam pro sua secta exposuerunt. Si verò causa Martyrii non constat sufficienter tunc videntur necessaria miracula, ut probat Baldellus d. disp. 14. n. 15.

Baldellus.

19.

Lezana.

Ad calcem hujus quæstionis nota cum Lezana citato num. 178. quod ea, quæ diximus, de necessitate omnium virtutum, ac perseverantia in illis, intelliguntur quoad illos, qui post suam conversionem habuerunt tempus operandi; nam certum est, multos ob unum actum perfectissimæ charitatis in hora mortis fuisse canonizatos, ut de Bono Latrone, Sancto Maximo, & Janitore 40. Coronarum, & alii, qui eodem tempore fuerunt conversi ad fidem Christianam, & passi Martyrium, ut legimus in Martyrologio.

QUÆSTIO V.

Qui cultus deferendus sit Sanctis canonizatis, ac beatificatis?

SUMMARIUM.

- 20 De cultu Sancti canonizati, ac beatificati.
- 21 Ex vi Bullæ canonizationis, non potest recitari officium de ipso sine novo decreto.
- 22 Decretum Congregationis de ipsa canonizatione.
- 23 Solus Papa potest extollere unum Sanctum præ aliis.

Cultus pertinens ad Sanctos beatificatos, de eo jam dixi supra, Resol. 16. quæst. 6. 7. & 8. Nunc de canonizato agendum est, qui erecto Altari, Capella, Templo in ejus nomine in toto orbe terrarum, maximè venerandus est, omni festivitate, & cultu celebrandus, de quo etiam quolibet die possit Missa votiva celebrari, ut de aliis Sanctis.

20.

21.

Tamen de ipso Sancto canonizato non potest Officium cum Missa celebrari sine novo Decreto Sacræ Congregationis distincto à Bulla, seu Decreto canonizationis, ut tenent Barbosa de Officio Parochi cap. 10. numero 21. Gavantus in Thesuro, tom. 2. cap. 2. numero 30. afferentes Decretum ejusdem Sacræ Congregationis sub die 9. Decembris 1628.

Barbosa.
Gavantus.

22.

Et quamvis in Bulla canonizationis concedi soleat generaliter facultas celebrandi Officium eorum quolibet anno in die obitus ipsorum prout in instrumento canonizationis Sancti Andree Cursini expressis verbis ait Urbanus VIII. anno 1629. & eodem modo